



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies tertius et quartus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

Prologus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72907](#)

AUCTORE
C. B.

propter quæ et jam supra memorata cum nihil amplius, quod ad gloriam Sancti posthumam, resquæ gestas pertineat, notatum dignum inveniam, Commentario huic finem impono.

VITA

Auctore anonymo, verosimiliter monacho Broniensi,

*Ex editione Mabillonii Sæc. v, Benedict.
parte i, a pag. 252 ad pag. 276.*

PROLOGUS.

*Quæ aucto-
rem a scri-
bendo deter-
reant, ratio-
que,*

a

b

*c ob quam ni-
hilominus
scribat.*

Domino patri amantissimo et pastori vigilantis-
simi domino Gontero *a*, abbatæ Broniensi pre-
lato, quidam professionis monasticae, nullus autem
religione, una sibi cum commisso grege perennis
pascua vita. Jubet paternitas vestra *b*, mi pater
dilectissime, immo filiorum vestrorum melliflua
compellimus petitione, ut de domini Abbatis vita
et virtutibus seu conversatione quendam quasi
nucleum satagamus quomodolibet enucleare: qua-
tenus hac spiritali reflectione interiorem hominem
B vulneratum ipsius Patris amore, estis quippe ca-
ritate vulnerati, valeatis communiter refocillare.
Verum, quæ et qualia nos absterrent at hujus-
modi ceptis, pandendum videtur: adverte
paucis. Extollenda quippe tanti Viri præcellentia,
calami nostri balbutiens imperitia, æmulorum ni-
hilominus obtrectans socordia, prioris etiam scri-
ptoris oratio grammaticæ quidem composta; non
tamen idiotis minusque capacibus satis perspicua *c*.

2 Hæc autem omnia posthabemus jussioni ve-
stre; et licet tanta impares simus sarcinæ, decre-
vimus tamè cum detrimento quoque nostri pudori
obtemperare. Nostram etenim pusillanimitatem
ille confortat, cuius veridicentia salubriter clamat:
Vires, inquiens, quas imperitia denegat, caritas
fraterna ministrat. Hoc in sermone confidens pre-
sumo inchoare, certus certissime, quod auctoritas
jussionis vestra: excusabit culpas imperitiae nostræ.
Pro vestra ergo benevolentia in me supervacua,
quæso, resecate, bianta supplete, commode dicta
alacriter suscipite, nostrumque munuscum pat-
terna gratia provelite: ita enim et vobis constabit
ratio nostri operis, si, que elicimus ex Viri Dei
gestis, comprobentur subili judicio sapientis. Vale
vir Dei, et memento mei: valeant benivoli, respi-
scant æmuli.

ANNOTATA.

*a Fisenus in ecclesiæ Leodiensis Floribus (adi
Commentarii prævii num. 8) pag. 446 abbatum Bro-
niensium exhibet Catalogum, in quo post S. Gerar-
dum Heribertus, anno 998 vita functus, deinde Guinebalodus, ac tertio loco comparet Gonterus.*

b Hinc consequi videtur, scriptorem hunc fuisse Broniensem monachum. Adi Com. prævii num. 15.

*c Hinc liquet, S. Gerardi Vitam litteris etiam mandasse scriptorem, qui antiquior sit, quam Vitæ, quam edimus, auctor, huicque insuper illum præ-
luxisse.*

CAPUT I.

*Illustres Sancti natales, pietas in juven-
tute, militia apud Berengarium comi-
tem, caelis visio, rara in exsequendo,
quod hac in mandatis accepit, prompti-
tudo, legatio in Franciam, vita mona-
stica suscepta.*

*Sanctus cla-
ros sortitus
est natales,*

Vir itaque Domini dominus abbas Gerardus, ge-
rendis Domini mandatis mirabiliter aptus, immo
sacri principatus hierarchia caelesti per omnia
dignus, sicuti veridicorum relatione comperimus,

ingenuis atque orthodoxis parentibus apud Stable-
ellas Lomacensis territorii vicum exstitit oriun-
dus. Claris quidem natalibus eruit, splendorius
vero morum probitate resulxit. Pater ejus Stantius,
ex prosapia Haganonis, Austrasiorum ducus, pro-
satus *a*; mater autem Plichtrudis nuncupata, domini
Stephani, Tungrorum episcopi *b*, soror traditur
postea germana.

4 Huic ab inuenie pueritia Divinitatis concessit *pietatisque
studio ab in-
eunte astate
sese addixit.*
a
b
clementia, etate videlicet sensuque proficeret, et
tam Deo quam hominibus complacere. Qui quo-
nam juvenculus esset corpore, juvenum tamen
obscenæ confabulationes dedignabatur attendere:
quoniam potius honorum assuescens interesse conven-
tibus, iniquorum evitabat summopere coetus; et
quem in corpore juventutem exornabat splendida,
mentis canities condecoraverat sancta. Domus Dei
ardentius frequentabat limina, ecclesiastici dogma-
tis sitiens eptare flumina: cujus salutaria ibidem
precipios per captu monita, licet laicali esset cir-
cumdatu toga, tenaciore ruminabat memoria. Prä-
meditabatur adhuc teneriori pectori, quæ meruit
postea devotus implere.

Horrens amplecti luxus et ludicra sæculi,

Emeruit templum fieri Spiraminis almi.

5 Ea tempestate comes Berengarius *c* Namucensi
castro præsidebat, cuius stirps posteritas ibidem
hactenus perstat. Cui hic Athleta Dei officio mili-
tari commissus adhærebat, primumque gradum
amicitiae ejus quam familiariter obtinebat. Is ejus
ad arbitrium comitatus negotia disponebat, sibi que
præ ceteris difficiliora et secretiora committebat:
quia (quod perrarum est) et militia valebat, et
consulto prudentiori pollebat. Erat namque per-
spicax in consilio, fidelis in commiso, verax in
sermone, facundissimus ore, letissimus facie, se-
ruestissimus conversatione, justus in iudicio, stren-
uus in auxilio: invictissima quoque muniebatur
armatura; fidei scilicet galea, justitiae lorica, verbi
Domini framea, æQUITATIS IMPENETRABILI PARMA. His
vallatus inexpugnabiliter, spirituales nequities de-
bellabat infatigabiliter: hunc occultabat paluda-
mentum cum Sebastiano, sed monachum demon-
strabat frugalitas cum militante Martino.

6 Multa illi circa commilitones benignitas, mira
caritas, multa patientia atque humillas. Proinde
eum acsi patrem reverendo venerabantur, acsi
dominum venerando reverebantur. Thesaurizabat
igitur in caelo, ubi nec tinea demolitur, nec ærugo.
Nudos tegebatur, egentes alebat, laborantibus assi-
stebat, pusillanimes refovebat, pupillos tubebatur,
viduis administrabatur, oppressis patrocinabatur, *F*
misericordia opitulabatur.

Pacis amator erat, item rixasque fugabatur,

Ceu vir apostolicus est omnibus omnia factus.

Enimvero ex tanti Viri contubernio comes non
modico tripudiabat gaudio, multoties expertus evi-
denti iudicio, Domini Jesu manum esse cum illo:
quippe cui, opitulante Deo, procedebant cuncta pro
voto. Unde vix valens ejus absentiam ferre, a sui
præsentiari rarius sustinebat abesse. Qui cum una
dierum (ut est consuetudinis nobilium) cum suis
procederet venatum, hunc etiam, de quo agimus,
Sanctum utile duxit educere secum.

7 Post gratum ergo venationis labore, et sol
jam in centro poli poscebat prandii panem; comes
et sui quærentes refectionem, regredi maturant
suam ad mansionem. Ipse vero Dei amicus pra-
ponens spiritualia corporalibus, contiguam petit
ecclesiam Bronii sitam impransus, quæ cum qui-
busdam prædiis adjacentibus ditioni sue obvenerat
a progenitoribus. Amplitudine siquidem prædio-
rum clarebat *d*, utpote qui suorum virtute majorum
non degenerabat. Hoc autem oratoriolum jussu
Pippini principis accepimus fundatum, et a domino
Lamberto, Tungreni præsule *e*, dedicatum, ut
quoniam in vicinia saltus Marligne *f* erat positum,
ubi princeps ipse solebat se penumero habere
venationis exercitium, audire commodius posset
divinum

*dotibus est
ei percuras,
virtutesque
christianas
sedulo interea
excolit;*

*dum autem
quodam die
post venatio-
nem cum co-
mite obitum
Sacrum au-
dire medita-
tur,*

d

e

f